

Mythologia, Venise, 1567 - V, 08 : De Silenis

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[49-50\] : De Silenis](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre V

[Mythologia, Francfort, 1581 - V, 08 : De Silenis](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre V

[Mythologie, Paris, 1627 - V, 09 : Des Silenes](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre V

[Mythologie, Lyon, 1612 - V, 08 : Des Silenes](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - V, 08 : De Silenis, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 10/01/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/859>

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4
Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination141r°-142v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Silènes](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Mythologia

ciuitate Malea Laconum natus est vt ait Paus. & Pindarus . at Catullus in Nyfa Indix ciuitate natum esse Silenum memorat ita in Argonauticis;

At parte ex alia florens volitabat Iacchus
Cum thyrso Satyrorum, & Nyfignenis Silenis .

Ferunt præterea Silenum Bacchum educaſſe, vt teſtatur Orpheus in hymno in Silenum hoc pacto;

Καὶ δὲ μὲν ὁ πολλοῖσι τρεφὼ βαχχεὺς ἑσθλὸς,
Σιληνὸν ἔχ' ἄρ' ἔτι, πινυμένοισι παῖσι διδοίει,
καὶ δ' ἀντιόωντος ἑρπετῶν, ἰσχυροτέρου δ' ἄρ' ἔτι.

10

Hæc audi Silene pater, Dionysii & alumne.
Optime Silene, & cunctis gratissime diuis.
Grate viris pariter cunctis, prædulcis & Horis.

Hunc scribit Lucianus in concilio Deorum senem fuisse, & caluum, & sumum, & asino plerunque vteniem, breuis staturæ, corpore obeso ac ventricoso, auribus magnis & arrectis, tremulum, baculo innitentem. at plures fuisse Silenos, & Dionysium ab iis educatum, scripsit Nicander in Alexipharmacis;

Οὗτ' ἔστιν Ἀργεῖας Σιληνίστατος ἰσχυρὸς
Σιληνὸν κερταῖς διακίνας ἔχοντι

20

Sic vbi syluestres vuas pressere, Lyxi
Sileni comites cornuti, & patris alumni.

Hunc semper ferè ebrium fuisse inquit Virg. ita Eglog. sexta;
Chromis & Mnasyllus in auro

Silenum pueri somno videre iacentem,
Inflatum hesterno venas vt semper Iaccho.

Hunc Satyri semper comitabantur, vt innuit in his Ouid. in 1. de arte aman.
Ebrius ecce senex pando delapsus aſello.

Clamarunt Satyri surge age, surge pater.

Hic vna cum ipsis satyris semper ferè Bacchum sequebatur, vt est in lib. 4
30 Metamorph.

Bacchæ, Satyrique sequuntur,
Quique senex serula titubantes ebrius artus
Sustinet; & pando non fortiter hæret aſello.

Fama est hunc Silenum à Mida vino in fontem quendam infuso captum fuisse, quod vino maximè delectaretur, vt ait Paus. in Atticis, atque id ita scripsit Ouid. lib. xi. Metam.

Hunc assueta cohors Satyri, Bacchæq; frequentant:
At Silenus abest, titubantem annisque meroq;
Ruricolæ cepere Phryges: vinctumq; coronis
Ad Regem duxere Midam.

40

Crediti sunt fuisse mortales Sileni, quippe quorū sepulchra apud Hebræos & Pergamenos ostenderentur, vt ait in posterioribus Eliacis Paus. at Scia-
bo lib. x. satyros, Silenos, Bacchos, Tityros, dzmonas fuisse scribit; qui, vt crediderunt antiqui, cæterorum Deorum essent ministri. alii memorie prodiderunt, quod Bacchus ætate confectos Silenos in Italia reliquit, cū ad bellū aduersus Tarsenses exiturus esset; quibus mandauit vt vites curarent, quo vini ferax efficeretur Italia, quare posteri statuas deinde Silenorum vi-
uum in vtribus ferentes, ad perpetuam silenorum memoriam crexerunt, vt
testatus

testatus est Androstrion in libro de Sacrificiis secundo, & Dionysiocles. cum Ioui aduersus gigantes pugnantem opem tulisset Silenus, dicitur eius asinus, quo in eo bello vltus fuerat, inter sidera Iouis beneficio locatus, & ex altera parte Arx consilire, cuius mentionem fecit Aratus in his in libro de signis aquarum & ventorum;

Σαίπης καὶ φάνης ἡ μὲν τ' ἰλὴν ἱστανε
 Ἀχλὺς, βροχῶν ὑπερκαρὸν ἡγελαΐα.
 Ἀμφὶ δὲ τὸν Διὸς Ἀσπερ φανόμεναι φερίονται
 Ἀστὲρ, οὐδὲ τι πάλαι εἰσέειποι, νύκτ' ἂν ἴδῃς,
 Ἀλλ' ἔπειτα μάλα τ' αὖ πρὸς ὀφθαλμοὺς ἔσθαι.
 Πρὸς αὖτ' ἀσπερ, ἔπειτα ἰκίρχεται ἄλλαι
 Καί τιν' αὖ καλὸντα ἴσθαι, μάλιστα δὲ φαίνε.
 Ἐνταῦθα φανόμεναι πάλαι δὲ τὸν ἱστανε
 Ἰόνιος ἀφανὲς ἔσθαι, νύκτ' ἂν ἴδῃς ἱστανε
 Ἀστὲρ ἄλλαι δὲ αὖτ' ἱστανε ἱστανε
 Οἱ αὖτ' ἱστανε πάλαι δὲ τὸν ἱστανε.

10

Quæ carmina ita sunt à Rufo Auieno latinè versa;

Conuenit hic etiam paruum Præsepe notare,
 Id nobis nomen, quæ Cancro obuoluitur alto,
 Græcia docta dedit, quapropter denique Asellos
 Suspice, quorum vnus septem vicina Trioni
 Astra adolet: tepidum procul alter spectat in Austrum,
 In medio quod nube quasi concrefcit adacta,
 Id Præsepe vocant. porro hoc præsepe repente
 Si sese ex oculis procul auferat, ardeat autem
 Congruis ætæis late rubor ignis Asellis:
 Nequidquam tenues agitantur flamma procellæ.

20

Alter enim eorum Asellorum est alius Sileni. at quoniam Auieni carmina parum Arati sententiam, vel certè summa cum difficultate, explicare mihi videntur, parumque cum Græca elegantia conuenire, ego an illa latina facere & clarius exprimere possem experiar. Est autem Arati sententia, quod nubecula quædam in Cancrj ostraco inter scapulas existens, habet vtrinque stellas, quæ Aselli vocantur, quare illa iure dicitur Præsepe. Vbi igitur illa nubes pura & aperta videtur, futurum eglum serenum significat, quod etiam inquit ita Theophrastus in libro de Signis futuræ serenitatis; & Alini Præsepe cū purum splendidumque apparuerit, signum est futuræ serenitatis. at versus Arati, quos latinos facio, ita se habent;

30

Hinc Præsepe nota: nubes id parua videtur
 In Boream surgens, vbi fulgent sidera Cancrj:
 Hoc propter geminæ voluuntur lumine stellæ
 Perrenui, nec longinquæ nimis; haud cæmen illæ
 Coniunctæ, spatioque vlnæ distare videntur.
 Altera fit Boreæ propior, deuergit in Austrum
 Altera: & hæ dicuntur Aselli, separat illas
 In medio Præsepe: polo idque repente sereno
 Ex oculis hominum vanescit, at hæ coeunt
 Fiunt vicinæ stellæ, & simul esse videntur,

40

Nn 2 Imbribus

Mythologia

Imbribus Immodicijs ut Iupiter arua rigabit.

- Vbi igitur illa nubecula euauerit, quam asini Præsepe vocauit Theophrastus; quod quidem accidit ob condensatum humorem, cum illa sit tenuis, ac debilis, illæ dux stellæ videntur fieri propinquæ, atque id futurum tempestatem significat. Illud autem sit, ut videantur congregari, quia corpus diaphanes vaporum in aquam propè versorum radios oculorum infringit, neque patitur frequentes ad rem conspectam peruenire, quare non potest deprehendi vera distantia, atque hæc fabulose de Sileno, de quo eius Asino dicta sunt. Hunc Bacchi comitem, senem, ventricosum, titubantemque dixerunt, quia vinum & ebrietas cum obesos faciat & ventricosos, tum caput plerumque grauat, & titubantes facit, & ad senectutem citius perducit; hæc enim omnia incommoda, & corporis turpitudines idcirco Bacchi comites finxerunt. quidam putarunt Silenum fuisse Bacchi alumnum, quia vinorum vetustas, omnes etiam prædictas turpitudines augeat. Idcirco dicebatur ab asino veli solitus, quia tardi sunt plerumque & inutiles negotiis, qui plus potare solent, quam conueniat: nam voluptates omnes parum conferunt humanæ vitæ; quippe cum non animum solum, sed corpus etiam rebus omnibus inuile resisdant, si plus operæ illis detur, quam natura ipsa postulauerit. ad huius rei sempiternam memoriam & commemoracionem antiqui eius asinum inter sidera collocatum fuisse tradiderunt. ac de Silenis satis nunc de Faunis dicamus.

De faunis.

Cap. I X.

- Fauni etiam agricolarum Dei ab antiquis crediti fuerunt, qui, vel qui essent, vel quam haberent formam, nihil est omnino quod ab antiquis scriptoribus percipere possimus: nisi quod Faunus quidam fuit Pici Latinorum Regis filius, qui regnavit in Italia, quo tempore Orpheus liberis patris illa sacrificia instituit, in quibus postea fuit dilaniatus. Faunum fuisse Pici filium in testatur Virg. lib. 7.

Fauno Picius pater, isque parentem

Te Saturne refert; tu sanguinis vltimus autor.

- Floruit autem Faunus Latinorum Rex, quo tempore Pandion regnavit Athenis. Hic religionem, & Deorum immortalium cultum Italis gentibus introduxit, ut ait Lactant. in lib. de falsa religione, cum ante illum parua omnino, aut nulla ellet religionis in Italia cognitio. fama est hunc Faunum Satyrorum ac Faunorum fuisse patrem, sororemque habuisse Faunam, vel, ut alii maluerunt, Fatuam. Habuit filium Sterculium; qui primus agrorum stercorationem inuenit, & idcirco inter Deos fuit relatus. videntur mihi poetæ, quamuis nihil certum affirmare possum, Faunos animalia potasse, cum tanquam equos cornipedes illos Quidius appellauerit; ita in a. Falloorum;

Cornipedi Fauno cæsa de more capella.

Venit ad exiguas turba vocata dapes.

Tribuerunt illis cornua præterea, ut testatur idem in eodem libro;

Tertia post idus nudos aurora Lupercos

Aspicit; Fauni sacra bicornis erunt.

Coronabantur pineis ramis, quod illa arbor grata sibi esse putaretur, ut testatur Ouid. in Ornone;

Corni-